



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ecclesia

Buchinger, Michael

Dilingae in Rhetia, 1556

VD16 B 8998

Primatus S. A.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64468](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64468)

PRIMATVS
Sedis Apostolicæ, &
PETRI.

PETRVMS. R. E. tanquàm magistrum
præ cæteris primitus rexisse unanimi con-
sensu omnes Doctores ecclesiastici, uiri
sancti & martyres, approbant: Præfuit enim
Ecclesiæ Bea. PETRVS Apostolus secun-
dum D. Hieronymum, annis 27. & secundum V.
Bedam, annis 29. (discordia scriptorum in
tempore, non infirmat fidem rei gesta.) Te-
nuit Pontificatum in Oriente, secundum D. Hie-
ronymum, annis 5. & secundum Bedam 7. annis.
Deinde ueniens Antiochiam urbem Syria,
(cuius meminit Ammianus libr. 14. & Me-
la libr. 1. Geogra.) Sedit ibidem annis 7. Do-
cens populum uiam ueritatis: prædicauit etia-
m in Ponto, Galatia, Capadocia, Asia &
Bithinia, quibus postea de R O M A episto-
las direxit: Simonem magum (de quo Ter-
tullian. libr. de hæresibus) confutauit, & de
Roma fugauit, discipulos diuersos diuer-
sis prouincijs ad conuertendum populum mis-
it, & fidem Christi gloriosè, gloriosus athles-
ta

ta Christi in diuersis regionibus dilatauit.
 Tandem post multa sanctitatis insignia, cum
 Romæ sedisset annis 25. mensibus 7. diebus
 8. Martyrizatur à Nerone, adiuncto comite
 suo coapostolo, Anno mundi 5232. testatur Ae-
 gesippus, qui sub Aniceto uenit Romam, an-
 no domini 160. & cæt. De excidio Hierusa-
 lem. Et eundem secutus anno Domini 250. (a-
 lij tantum 200.) Tertullian. libr. 3. aduer-
 sus Marcionistas, eadem confirmat. Scri-
 bit Ioachimus Perionius Benedictinus Cor-
 mericianus, Petrum (& Vicarium Christi
 & synstauromenon, id est, conuicifixum) Vide Ca-
 à Nerone supplicio crucis, inuerso capite, pensam li.
 quod indignum se esse diceret, qui ita ut ^{3. ca. 14. q}
 Christus moreretur, affectum fuisse: Sepul- ^{illā materi-}
 tus in Vaticano uia Aurelia secus hortos Ne- ^{am pingui-}
 ronis, non longè à uia triumphali, qua ^{ori miner-}
 ad Apollinis templum ducit, 3. Calend. Iu- ^{ua uêtilat.}
 lij. S I C E R G O ambo iactis iam uer-
 lidis religionis fundamentis, sunt martyrij
 coronam adepti: Quod uerum esse testatur ^{Vide Cas-}
 idem Tertullian. libr. 4. Aduersus Mar- ^{iū histori-}
 tionem scribens. Videamus, inquit, quod lac- ^{cū in pro-}
 à Paulo Corinthij hauserint, ad quam regu- ^{culum quē-}
 lam Galatæ sint recorrecti, quid legant Phi- ^{dam Cata-}
^{phrygū di-}
^{sputātem.}

I 4 lippena

lippenses , Thessalonicenses , Ephesti , quid
 etiam Romani de proximo sonent, quibus Euan-
 gelium & Petrus & Paulus sanguine quoque
 Doctor Petrus cir- suo signatum reliquerunt, &c. Hic PAVLVS
 cūcisionis, omnibus salutatis Christianis , lictori cerui-
 Paulus gē- cem & iugulum præbuit , ex ceruice cum secu-
 rium, ri percussus esset, pro sanguine lac , quasi inte-
 gritatis & innocentie signum fluxisse dicitur :
 Funeratur uia Ostiensi, anno post mortem Chri-
 Euseb. lib. sti 37. & cæt. Cur autem uas electionis dicitur
 2. cap. 12. tur: nempe quia legis & sanctarum scripturas-
 rum armarium , inquit Hiero. ad Paulinum .
 Qui plura de sanctissimis Apostolis Petro &
 Paulo legere concupiscit & desiderat , Legat
 Egestppum li. 3. ca. 2. & c. ad institutū. Sic idem
 Tertullia. in libr. de præscriptionibus heret.
 ait. Clementem à Petro initiatum, quo nemo ho-
 mo possit ambigere eos Apostolos apud Roma-
 nos authores religionis fuisse , & cæ. Sic ergo
 duæ oliuæ , Apocalypseos 11. à quibus proflu-
 xit oleum benignitatis & lenitatis per salu-
 tarem doctrinam uitamque sanctam gerentes
 Petræ no- mundo mortui, Christo uiuunt. P E T R V S
 mē conue- autem græcis saxum , uelut Cephæ Syro ser-
 nit Petro, mone soliditas , solidus enim fuit Petrus in
 confessione ueritatis : Sed audiamus pin-
 guiori

guiori minerua, quomodo Petro hoc petrae
 nomen conueniat, Ambros. in Ser. de fide Apo-
 stoli Petri (quod Chaldaei Cepha, hoc ipsum
 Graeci πέτρα uocant, nox saxum) 47. Di-
 centem. Petrus deniq; pro soliditate deuotionis
 ecclesiarum petra dicitur, sicut dominus: T V
 E S P E T R V S & super H A N C P E-
 T R A M, &c. (exponit D. Hieronij: id est,
 Super te, & tibi dabo claues, &c.) Petra enim
 dicitur eò quòd primus in nationibus fidei posu-
 erit fundamenta, & tanquam immobilis lapis
 totius fidei negocium compagem molemq; con-
 tineat, petra ergo pro deuotione Petrus dicitur,
 & petra pro uirtute dominus nuncupatur 1.
 Corinthy. 10. Bibebant autem de spiritali conse-
 quente eos petra, petra autem erat Christus.
 Recte ergo meretur consortium nominis, qui
 consortium meretur et operis. In eadem enim
 domo Petrus lapidem angularem seu fundamen-
 tum iecit, Petrus plantat, dominus incremen-
 tum dat, irrignum subministrat, Petrus cum su-
 is tentationibus proficit, fletibus suis gaudet, pe-
 riculis suis crescit: Petrus caput Ecclesiae: Petrus
 respectu supremi capitis membrum ecclesiae. Pe-
 trum alijs omnibus Apostolis praefuisse, confir-
 mat Cyrillus in Euange. Ioan. libro 2. capite 2.

I s Christus

Christus, inquit, Petrum instruit, eum se esse,
qui cuncta, etiam antequam fiant, nouit: nec Si-
mon fore iam sibi nomen, sed Petrus præcidit,
uocabulo ipso commodè significans quod in eo,
tanquam in petra, lapideq; firmissimo suam es-
set edificaturus Ecclesiam. Et alio in loco, Apo-
stolorum principem eum uocat. Ambrosius uo-
cat Petrum præcipuum Apostolum, huic enim
dominus curam uniuersalis ecclesie commisit.
Gregorius Nazianze. ora. 21. ait. Hic petra uo-
catur, et illi fundamenta ecclesie concreduntur.
Hilarius super Psalm. 31. Petrum uocat pri-
mum confessorem Christi, fundamentum eccle-
siae, et ianitorem celi. Iterum idem super Psalm.
141. uocat eundem Apostolum firmam petram
ecclesie super edificandæ. Et August. in Iohana-
nẽ dicit. Petrus natura unus erat homo: gratia
unus Christianus: superabundantiori gratia
unus idemq; primus Apostolus, &c. Quam cele-
bris primatus Petri sit in Euangelio, uide Mat.
26. Ioan. 21. Luc. 22. Actor. 15. Ephes. 2. &c.

Ego Romam (arcem omnium gentium) pro-
pterea, inquit D. Chrysosto. hom. ult. in cap.
Roman. 6. diligo. Nempe à magnificentia, ab
antiquitate, à pulchritudine, à multitudine,
à potentia.

à potentatu, à diuitijs, & à rebus in bello fortiter gestis, sed relictis istis omnibus ob id, illam beatam deprædico, quod erga illos (Romanos) Paulus dum uiueret, adeo fuit beneuolus, adeo illos amauit, coram differuit, & postremo uitam apud eos finiuit, unde & ciuitas ista hinc facta est insignis, plusquam à reliquis omnibus. Urbem Romanam uocat Eras Roterod. arcem & culmen Christianæ religionis in Epist. ad Grimannum Cardinal. Et quemadmodum corpus magnum ac ualidum duos habet oculos illustres, sanctorum uidelicet illorum (Petri & Pauli) corpora. Ita calum non splendescit, quando radios suos sol ex sese dimittit, quemadmodum Romanor. urbs, duos illos lampadas ubiq; terrarum effundens. Hinc rapietur Paulus, hinc Petrus. Considerate, & horrete quale spectaculum uisura sit Roma, Paulum uidelicet repente ex theca illa cum Petro resurgentem in occursum domini sursum ferri. Qualem rosam Christo mittet Roma & Qualibus coronis duabus ornatur urbs ista? Qualibus catenis aureis cincta est? Quales habet fontes? propterea celeberrima hanc urbem, non propter aurum, non propter columnas, neq; propter aliam phantasiam, Sed propter Columnas illas ecclesie, hæc ille, Columnas Ecclesie fuisse

fuisse ecclesie hos duos Apostolos testatur Ambrosius super salm. 118. &c.

Gregorius itidem (quem anno domini 1545. Catholicum Rom. Ecclesie episcopum Lutherus pronunciauit) de primatu Petri scribens in parte 2. sui Regesti: Epist. 34. ad Columbum episcopum, ait. Nos qui licet immeriti sedem Apostolicam uice Petri Apostolorum principis suscepimus gubernandam, ipso pontificatus tempore cogimur generali hosti, quibus ualemus nobis obuiare.

Sedem Romanam. Petro esse dicatam seruataque testatur August. de agone christiano capite 30. dicens. Non sine causa inter omnes apostolos huius Ecclesie. Cat. personam sustinet Petrus. Huic enim ecclesie, clausura regni celorum data sunt. Et idem Hipponensis, contra literas Petiliani, lib. 2. cap. 51. Quid tibi fecit cathedra, in qua Petrus sedit, & in qua hodie Anastasius sedet?

Clemens
Apostol.
tempore.

Symehon hacæphi, inquit Clemens, epi. 1. ad fratrem domini, uerae fidei merito, & integre prædicationis obtentum, fundamentum esse Ecclesie definitus est, hæc ille.

Ambrosius
anno 380.

Petrum inquit Ambrosius in Luc. cap. 24. amoris sui uelut uicarium reliquit.

Petrus sanctus magister, & princeps Apostolorum

stolorum, de Antiochia utilitatis causa transla- Antherus.
tus est Romam, ut ibidem potius proficere pos-
set, inquit Antherus epistola de translatione e-
piscoporum.

Augustin.
anno 430

ET Augustinus tracta. 56. in euangelion Io
annis inquit. Quis nesciat, primum Apostolo-
rum esse beatissimum Petrum haecenus ille.

De primatu D. Cyprianus, lib. 3. Epist. 2.
ad Cornelium summum pontificem. Nos Corne-
lium, inquit, Episcopum sanct. cathol. ecclesie
erectum à deo omnipotenti, & Christo domino
nostro, scimus: Nos errorem nostrum confite-
mur, circumuenti sumus perfidie loquacitate,
factiosa amentes, uidebatur quasi quãdam com-
municationem cum scismatico homine habuisse
sincera tamen mens nostra semper in ecclesia
fuit, nec ignoramus Vnum deum esse, & unum
Christum esse dominum, quem confessi sumus,
unum Spiritum sanctum, unum Episcopum in
ecclesia catholica esse debere. hæc Cyprianus
martyr, Et alio in loco Idem, unitatem ecclesie
dependere dicit ab unitate Episcopatus Petri.

Quòd si Petro oratio ecclesie proficit, acto. Claruit
12. & columnam illam, tu contemnis ac negligis? anno 403.
Chrysof. ibidem.

Aurelius Mundius Carthaginensis concilij
Præses

Augustin. *preses noluit Pelagium & Celestinum, hereticos declarare absq; consensu Romani Pontificis, cuius authoritas est, inquit Augusti. in Epistolis, epistola 90. &c.*

Ambrosi. *Ambrosius lib. Hexa. 5. cap. 24. de sancto Petro ait. Ipse ecclesie petra culpam suam diluit.*

Athanasius anno 334: uide Io. Areti-
num. *Vniuersalis Ecclesia, inquit Athanasius ad Liberium Papam, uobis in Christo est commissa, ut pro omnibus laboretis, cunctis operare non negligatis.*

Arnobius *S. Petrum uocat Arnobius psalm. 138. Episcoporum Episcopum, &c.*

Scimus (dixerunt Episcopi Aegyptiorum) in Nicena magna synodo, 318. Episcoporum, ab omnibus concorditer esse roboratum, non debere, absq; Romani pontificis sententia, Concilia celebrari, neq; episcopos damnari.

Episcopi Carthaginei: Synodum postulant authoritate Romani Episcopi confirmari, & hoc nomine etiam ad Innocentium Pontificem Romanum literas destinant, sicut hac habentur apud D. Augustinum epistola 90. &c.

Obserua. *Quid est, inquit D. August. tracta. 10. in Canonicam Ioannis 1. Super hanc petra edificabo ecclesia meam: Super hac fidem, super id, quod dictum*

dictum est. Tu es filius dei uiui, hæc ille. In illis
certè uerbis domini latet celestis uis quadam
uiua & efficax, quæ legentis animum (si modò
illas pure humiliterq; tractauerit) in diuinum
amorem mirabili quadam potestate transfor-
mat, &c.

Summa: discurre per cæterorum Apostolorum
sedes, & iam aut omnes uacuas inuenies,
aut non legitimos habere successores: Nec Pau-
lus (qui ob superbiam de sede doctrinæ legalis
depositus est: inquit Beda, sed mox ob humilita-
tis subiectionem ad euangelizandam Christi fi-
dem leuatus est) nec Iohannes: nec Iacobus: neq;
cæterorum fermè quisquam, successionem hodie
reliquit ullam. Soli Petro, sua successio perman-
sit incolumis: Rectè igitur Christus dixit: T V
E S P E T R V S.

Fides Petri Ecclesiæ est fundamentum, per Eccles. fun-
hanc fidem infirmæ aduersus eam sunt portæ damentū
inferorum: C L A U E S (non tantum pro- hies Petri
misse, sed etiam datæ primo à Christo uni B. Pe-
tro, & non reliquis Apostolis aut ecclesiæ) sunt
potentia & scientia discernendi, quibus Claues in
dignos recipit Mystes ad ecclesiæ gremi- ecclesia.
um, oblustantes uero & rebellantes legibus
euange

nobis ceonstruas: Chrysoſtomus itaq; dicit, eccleſiam fundatam in confeſſionem petrinam, Auguſtin. in homilia ſuper hanc petram, quam ſcilicet es confeſſus. Item: ſuper me edificabo me, non me ſuper te. Chriſtus itaq; petrarcha: pe- Chriſtus
petrarch
trus petra, Petrus à petra, & non petra à Pe- Petrus pe
tra.
tro. Chriſtus petra: Petrus eccleſia, inquit Auguſtin: Recte ergo Petrus nō ob fidē ſed ob fidei cō-
feſſionem clauium accepit promiſſionem, multi enim olim crediderunt, at unicuſque petrus clauis, quando confeſſus eſt, meruit, &c.

De Episcopi Romane ecclesie auctoritate,
Tripar. Histo. lib. 4. cap. 3. & lib. 5. cap. 29.
August. de agone christiano, cap. 30. Cyprian.
Episto. 11. lib. 3. & lib. 4. Epist. 2. & lib. 4.
Epist. 8. Chrysoſto: Homi. 55. in Math. cap. 16.
Orige. li. 5. in Ro. ca. 6. Irenæ. lib. 3. ca. 3. Ter-
tullian. pag. 109. Hilar lib. 6. de sacra Triade.
Cyprian. lib. 4. Epistolarum ad pupianum. Et
lib. 1. ad cornelium. Orige. Homi. 6. super Ma-
theum. Hiero. lib. 1. contra pelagianos, & su-
per Mat. 16. Ambros. Sermo. 47. Cyrillum lib.
2. cap. 12. Super Iohannem. Chriſtoſt. super Ioa-
hannem homelia 80. de penitentia. Dionysius
cap. 3. de diuinis nominibus Hieronij in. Ezech-
ielem cap. 41. &c.

K Iohans

Iohannes Hus uocat S. Petrum, Romanae ecclesiae supremum episcopum, sicut & tota confitetur ecclesia. Martin. Luther uero petromastiges populo persuadere conatur S. PETRUM nunquam Rhomam uenisse: ecce spiritus diuisus: Iohanni Hus autem consensere, Nobiles milites, militares, & armigeri praclarissimi Marchionatus Moraviae, in epistola ad patres concilii Constantiensis, cuius datum Sternberg, anno domini 1415. die & festo sancti Vuenceslai martyrijs domini nostri I H E S U C H R I S T I, &c.

Electores Imperij Romani recognoscentes authoritatem Roma. pontificis, Friderico successorem delegerunt Henricum, Anno. 1220.

ORDO EPISCORVM succeedentium.

Hic ergo PETRO successit Linus, &c. unde D. Chrysof. Hom. 102. Timoth. 4. Aiunt quidam, inquit, Linum, secundum Petrum Romanae ecclesiae, Episcopum fuisse, Anacletus: Clemes: Euaristus: Alexander: Sixtus, &c. Qui ecclesiam ut studiosissime ita felicissime coluerunt. At unicus zythobibulus apostata cum coelected
neis,